Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

interfice
rent. qui
a multis
multi propter
illum a
bibant ex
iudeis. et
credebant
in ihm.

plum domini accipite
comitantis in terra. Qui
habuit loculos cui ange
li ministrabant. non quia
etiam ipsius loculos hi
tatum erat. Qui fu
res admisit. nisi ut
eius etiam furet cum pa
titur tolleraret. Sed
ille qui consueverat de
loculis pecuniam tol
lere. non dubitavit ac
cepta pecunia ipsum do
minum vendere. Crisos.
Ideo et ei furi existenti
loculos commisit paup
rum. ut omnem aufe
rat occasionem. Non enim
habuit dicere quia propter pecuniarum desidium hoc fe
cit. Etenim sufficientem habuit ex loculo
concupiscentie mitigationem. Theoph. Quidam
non ad ministrationem pecunie suscepisse
iudam fatentur. sed tamquam minimum omni
um. Nam pecunie administratio administra
tione doctrine inferior est. secundum quod dicunt apostoli in
actibus. Non est equum nos derelinquere verbum
dei et ministrare mensis. Crisosto. Christus autem
multa condescensione ad iudam utens non
incusavit eum subripientem. sed omnium
incidit excusationem. Nam sequitur. Dixit
ergo ihs. Sinite illam ut in diem sepul
ture mee servet illud. Alchuin. Signi
ficat se moriturum et ad sepeliendum a
romatibus esse ungendum. Ideo marie cui
ad unctionem mortui corporis multum
desideranti pervenire non licebit. donatum
sit viventi adhuc impendere obsequium.
quod post mortem celeri resurrectione pre
venta nequiret. Crisostomus. Rursus et propter pro
ditorem rememoratus est sepulture. ac si
diceret. Gravis sum tibi et onerosus. sed expec
ta parum et abibo. Et hoc ostendit cum subdidit.

Pauperes enim semper habetis vobiscum. me
autem non semper habebitis. Aug. Loquebatur
de presentia corporis sui. Nam secundum maiesta
tem suam secundum providentiam. secundum ineffa
bilem et invisibilem gratiam impletur quod
ab eo dictum est. Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummationem seculi. Vel aliter. In
iude persona significati sunt mali in ecclesia mali.
Si enim bonus es. habes xpm et in presenti
per fidem et sacramentum. et habebis semper. quia
cum hinc exieris. ad illum venies qui
dixit latroni. Hodie mecum eris in paradi
so. Si autem male vixeris. videris habere in
presenti xpm. quia baptizaris baptismo xpi.
accedis ad altare xpi. sed male vivendo
non semper habebis. Non autem dixit. habes.
sed habebis. quia unius malus corpus ma
lorum significat. Sequitur. Cognovit ergo tur
ba multa ex iudeis quia illic est. et vene
runt non propter ihm tantum. sed ut lazarum viderent quem
suscitavit a mortuis. Curiositas eos adduxit non
caritas. Theoph. Visores enim suscitati fi
eri cupiebant estimantes et de inferis ad
lazaro referente comprendere. Aug. Quia vero
tam miraculum domini tanta erat evi
dentia diffamatum. ut non possent vel oc
cultare quod factum est vel negare. cogitave
runt ut lazarum interficerent. Unde se
quitur. Cogitaverunt autem principes sacerdotum. ut et
lazarum interficerent. quia multi propter illum
abibant ex iudeis et credebant in ihm. O ceca
sevitia. quasi dominus suscitare potuit
mortuum. et non possit occisum. Ecce
utrumque dominus fecit. et lazarum mor
tuum. et se ipsum suscitavit occisum. Cri
sosto. Nullum autem miraculum xpi eos
ita furere fecit. hoc enim maius visum erat.
et coram multis factum est et erat inopinabile mor
tuum quatriduanum videre ambulantem et loquentem.
Aliter et illi in aliis putabant crimina
ri sabbati solutionem. et hac via abducere
turbas. hic autem quia a nullo habebant